Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Tunc respondebunt ei iusti di
centes, Domine; quando te vi
dimus esurientem et
pauimus, sitientem et dedimus
tibi potum? Quando autem te vidimus
hospitem et collegimus te,
aut nudum et cooperuimus
te? Aut quando te vidimus
infirmum aut in carcere,
et venimus ad te? Et re
spondens rex dicet illis,
Amen dico vobis; quandiu
fecistis uni ex his fratri
bus meis minimis, mihi fecistis.
Tunc dicet et his qui a sini
stris erunt, Discedite
a me maledicti in ignem
eternum; qui paratus est
diabolo et angelis eius.
Esurui enim et non dedistis
mihi manducare; sitiui et
non dedistis mihi bibere. Ho
spes eram et non collegistis
me; nudus et non operuistis
me, infirmus et in carcere
et non uisitastis me. Tu
nc respondebunt ei et ipsi dicentes,
Domine; quando te vidimus esu
rientem aut sitientem aut
hospitem aut nudum aut
infirmum aut in carcere,
et non ministrauimus tibi?
Tunc respondebit illis dicens,
Amen dico vobis; quandiu non
fecistis uni de minoribus
his; nec mihi fecistis. Et
ibunt hi in supplicium
eternum, iusti autem in uitam
eternam. Offertorium. Reuela oculos meos et considerabo mira
bilia tua domine ut doceas me
iustitiam tuam da mihi intellectum
ut discam mandata tua. Secreta.
Munera tua domine
oblata sanctifica;
nosque a prauorum
maculis emunda. Com.
Voce mea ad dominum clamaui
et exaudiuit me de monte sancto suo
non timebo milia populi circumdantis me.
Salutaris tui. Post com.
Domine munere sacrati
te supplices exoramus: ut
cuius lectamur gustu reno
uemur effectu. P. Per ipsum.
Absolue quesumus domine
nostrorum uincula peccatorum;
et quicquid pro eis meremur

Apiciatus autem. P. feria iii.